



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De iis, qui lubenter iurant: & quòd à iuramento cauendum sit. cap. xvi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

Pro. 16. 4.

Ecli. 31.

14.

23.

Mat. 6.



CVLVS res pulchras videns latificat cor. Oculi tui recta F  
videant: & palpebræ tuæ iustè annuant.

Nequius oculo quid creatum est? ideo ab omni facie sua  
lachrimabitur, cum viderit. Oculus malus admala: & non  
satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suâ.

Domine pater, & Deus vitæ meæ, extollentiam oculorum  
meorum ne dederis mihi. Caue, & memento quia mala res

est oculus peruersus.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si ergo oculus tuus fuerit simplex, to-  
tum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum cor-  
pus tuum tenebrosum erit.

G

De probriis: & quòd neminem probriis laceffere oporteat.

CAP. XIII.

Pro. 11.

Esa. 51.

54.



VERTE à te probrosos sermones.

Opprobrium hominum nē timueritis, & contemptum eo-  
rum ne timeatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos  
vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. Ne timeas  
quia ignominia tibi illata est, & non erubescas quia probro H  
affectus es: quia sempiternæ ignominia obliuisceris, & pro-  
bri non recordaberis amplius.

Ne execreris hominem, nec in ipsius oculis probro eum afficias.

Ecli. 22.

8.

7.

29.

Qui conuitiatur amico, dissoluit amicitia. Ne probriis infeceris hominem  
auertentem se à peccato. Memento quoniam omnes in correptione fumus.

Dedecus filiorum, mater sine honore. Ne irrideas hominē in amaritudine  
animæ: est enim qui humiliat & exaltat circumspector Deus. Graua hæc ho-  
mini habenti sensum, correptio domus, & improperium foenerantis.

Nax.

Irenæi.

Euagr.

Philonis.

Didym.

Vna demum securitas est, nempe nemini calamitates suas exprobrare. Communis enim I  
fortuna est: ac quid futurum sit, perspicere non potest.

Benedicentes semper ijs qui digni sunt, indignis autem nunquam maledicentes, ita de-  
mum nos quoque Dei gloriam & regnum consequemur.

Vituperare eum qui culpa caret, peccatum in Deum est.

Nemini calamitatem probri loco obijcias (Communis enim natura est) ne alioqui in ijs-  
dem rebus deprehensus, tuamet conscientia iudicio condemnatus inueniaris.

Nec laus bonum, nec vituperatio malum hominem efficit.

De ijs qui breui tempore viuunt.

CAP. XV.

Iob. 14.

Sap. 4.



BENEDICTVS muliere natus, breui viuens tempore.

Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius: aut ne fictio deci-  
peret animam illius. Consummatus in breui, expleuit tempora mul-  
ta. Placita enim erat Domino vita ipsius. Propter hoc properauit  
educere illum de medio iniquitatis.

K

De iis qui lubenter iurant: & quòd à iuramento cauendum sit.

CAP. XVI.

Non

A



ON assumes nomen Dei tui in vanum. Nec enim habebit in- *Exod. 20.*  
fontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei  
sui frustra. Non iurabitis in nomine meo rei iniquæ causa.

Ne iuraueritis, Viuit Dominus. *Osee. 4.*

Iurationi non assuescat os tuum: & nominatio Dei non sit *Eccli. 23.*  
assidua in ore tuo. Sicut enim seruus excruciatu tota die à li-  
uore non minuitur: sic omnis iurans, & nominans nomen Do-

mini, à peccato non purgabitur.

Dico vobis, non iurare omninò, neque per cœlum, quia thronus Dei est: ne- *Mat. 5.*  
que per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia

B

ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes capillum *23.*  
vnum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, Est, est, non, non. Quod  
autem his abundantius est, à malo est. Qui iurat in altari, iurat in eo, & in om-  
nibus quæ super illud sunt: & quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & in  
eo, qui in ipso habitat: & qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo, qui se-  
det super eum.

Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, *Iac. 5.*  
neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, Est, est, non, non,  
vt non sub iudicio decidatis.

C

*Iurare vtile non est, verum admodum perniciosum & execrabile atque abominandū. Nili-  
quocirca deinceps finem iurandi fac, nec committe vt lingua tua iuramentis assuescat.*

*De iis, qui iuramentum violant, ac peierant.*

CAP. XVII.

D



T DIXIT ad me Dominus, Quid tu vides? Et dixi, Video *Zach. 5.*  
falce[m] volantem. Longitudo eius viginti cubitorum, & la-  
titud[o] eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Ingredietur in  
domū iurantis falsum in nomine meo: & delebit atque confici-  
et eum. Hæc dicit Dominus: Iuramentum mendax ne *8.*

diligatis. Hæc enim omnia odi, dicit Dominus:  
Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & *Mal. 5.*

adulteris, & periuris. Iniuste iurauerunt in dolo: contempserunt pietatem.

Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius pla- *Eccli. 23.*  
ga. Loquela multum iurans, horripilationem capiti statuet: & pugna ipsius *27.*  
obturatio aurium.

*Qui rem falsam interposito iureiurando confirmat, is malum inhumanitatis lucrum, Incertū  
hoc est periurium, acquirit.*

*Non ita pungit gladius, vt iuramentum: non ita interficit ensis, vt iuramenti vulnus. Chrysost.*

E

*Qui iurauit, etiamsi vita frui videatur, iam tamen plagam excepit, atque interit. Quæ- Hom. 13.  
admodum enim qui restim accepit, prius etiam quàm ex vrbe egrediatur, & imminen- ad p.  
tem carnificem videat, tamen simulatque è tribunalis ianua excessit, mortuus est: sic e- Antioch.  
tiam qui iurauit. simile.*

*De fide ac pietate in Deum.*

CAP. XVIII.



R EDIDIT Abraham Deo: & reputatum est ei in iustitiam. *Gen. 15.*

Ecce pietas est sapientia. Radices piorum in munitionibus.

Iustus ex fide viuet. *Fides*

Domine Deus Israël, à finibus terræ prodigia audiui[m]us. Spes est *Abac. 5.*

p[ro]pio: & dicent, Væ his qui infirmitate laborant. Via piorum recta extitit & pa- *Esai. 24.*  
rata. Pij prudens consilium inierunt: & ipsum consilium manet.